ut ipse in primordio refert est circa propositiones que debent probari uel improbari per expositionem aliqua pertractare nam multe exigunt sunt propositiones que et si exponibiles sint conuenienter tamen per resolutionem probari uel improbari possunt. At seriest ante procedendi est habito quid sit exponibilis propositio agere de expositione propositionum universalium et exclusiuarum exceptiuarum reduplicatiuarum [illegible] de expo[illegible] bione ly. incipit et desinit de differt de ita et sicut de comparatiuis de contingentibus de [illegible] gnis collectiuis de ly. infinit[illegible] de ly. totus essentialiter in trins[illegible] et de terminis numerabilibus [illegible] terruptionem temporis importantibus et de ly. adequate [illegible] quod nem operi tribuit/ 199 [37]

Vidi

Frater N. de Janua ordinis heremitarum Sancti augustini Religiosorum neapolitani conuentus precibus commotus librum compendium morale prenotatum ordine ac nouitate procedendi satis Jucundum elucubrauit distributus enim habetur in 60 capita siue titulos totidem materias alphabetico ordine digestas continentes quorum quilibet iterum in mediocres subdiuiditur paragraphos plures uel pauciores secundum tituli materia exigere visa fuit ac cuiusque paragraphi exordium veluti sermotionantium thema ~~licet~~ ab aliqua auctoritate ex sacris eloquiis desumpta auspicium sumit eamque ad tituli subiectum siue materiam adaptare seu interpretari quadrupliciter conatur primo moraliter uel naturaliter aliquam scilicet edisserendo moralem seu naturalem proprietatem prefato themati et titulo conuenientem secundo spiritualiter videlicet explicationem seu expositionem spiritualem seu spiritualibus meditationibus ac iustis et catholicis operibus correspondentem tertio figuraliter siue historice aliquam ex veteri testamento historiam aducendo que similimodo prefati thematis intentioni quadrare visa sit quam quidem historiam quarto et ultimo spiritualiter etiam per aliquem ex 4or sacre scripture sensibus difusius explicare seu moralizare non abnuit Ex quibus patet non solum quamlibet materiam siue titulum per varios paragraphos seu capita distingui verum quodlibet caput quadrupliciter explicari quorum quidem materiarum sensus et interpretamenta cum breuius artari aut in epithome redigi non patiantur eorum nomenclatura contenti legentes ad operis inspectionem remittemus Materie vero in dicto opere contente subsequuntur Abstinencia Accidia Adulatio Aduentus domini Aduersitas Anima Amicitia Angeli Antichristus Apostoli Ascensio xpi Auaricia Baptismus Beatitudo Charitas Caro humana Corpus christi siue caro Confessio Conscientia compunctio Contemplatio Consolatio Correctio Crux Delectatio Detractio Diabolus Diuitie Elemosina Ecclesia Excusatio Fides. Gelphi et gibelini Gloria vana. Gloria celestis. Gratia Gratiarum actio. Gula. humana conditio Humilitas Incarnatio. Infernus Iudicium ultimum. Justicia. Ira Inuidia Ipocrita Lachrima Luxuria Maria virgo Misericordia Mors Mundus Oratio Passio cristi Pacientia Parentes mali Paupertas Penitentia Perseuerantia Predicatio et Predicator Prelatio siue Prelati. Recidiuum Religiosi Resurrectio Sacerdotes Satisfactio Sacra scriptura Superbia Temptatio. Cristus. 721.

200. [38]

Vidi

Librum qui cursus hinc inde collecti prenotatur meditationi seu orationi accomodatissimum affirmauerim in eo enim ~~enim~~ habetur cursus seu hore uel officia diuersa in unum congesta videlicet de proprio